



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVIII. De Actionum Cumulatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

commod. ubi Fab. in *national. item depositi*, l. 31. §. 1. *depositi*. add. l. 5. §. 1. *de Calumniat. ubi d. ad l. 1. §. ult. Frantz. exerc. 12. q. 3.*

IV.

Genus actionis diligenter investigandum, Gail. 1. *observ. 61. & Dd. in l. 3. C. de Ed. Ratio exponitur in l. 3. *de debemus 29. de V. O. l. plurim delicta 53. de Obligat. & Aff.* quoniam ex diversis factis diversæ nascuntur actiones secundum omnes causarum figuras, unde & singulæ causæ singularia habent requisita, quæ temerè permisceri non debeant, Gail. *de arrest. c. 5. num. 6.* Licet enim actionis nomen hodie exprimi amplius non sit necessarium, *cap. 6. extra de judic.* subesse tamen omnino iustum concludendi medium debet, *c. ult. extra de libelli oblat.* Unde tutius, ut, quotiens incertum quo actionis genere uti debeamus, præscriptis verbis iudicio experiamur, quod consilium suggerit Ulpianus in l. 1. *de estimat. action. l. 17. de præscript. verb. & Africanus in l. 24. d. 1.* sicut si ambigitur certi an incerti agendum sit maxime Triticaria conditio eligenda, prout docet Vultejus. 2. *Jurispr. Rom. c. 15. v. omnino præf. Harfolri ad tit. de action.**

V.

Nemo sine causa recte agit,
sed ea semper est exprimen-
da.

Declaratur hæc reg. quod in actione personali sufficiat dicere causam remotam, ex qua quid debeat, velut contractus vel delicti, cum ex hac satis pateat de causa proxima, veluti obligatione: at in iudicio realiproxima, domini nempe causa venit exprimenda, remota non item. Nec inutilis hujus rei doctrina, quotiens enim in reali iudicio non exprimitur causa proxima, omne jus suum actor in iudicium deduxisse videtur, & sic quæcunque deinde causam probaverit obtinet, quod si autem defecerit, semper actori obstat exceptio rei iudicatæ. l. 14. §. 2. *de Except. rei jud.* Contra si causa quoque remota fuit expressa, victus ex alia causa petere non prohibetur. *cap. ult. extra de causa poss. & propriet.*

VI.

Regulariter actiones transitorie ad heredes eadem qualitate transeunt, qua fuerunt apud defunctum. Ratio est, quoniam ejusdem conditionis est heres cum defuncto. l. *heredem 59. de R. Jur.* nec variatur obligatio ex persona heredum. l. 2. §. *ex his. de V. O. Surdus de aliment. tit. 6. quest. 5. n. 5. Carpzov. p. 2. Const. 10. def. 24. n. 5.*

Limitatur tamen regula 1. in heredibus ejus qui magistratum gessit: licet enim ipse magistratus teneatur ex lata & levi culpa; rectè tamen heres non nisi ex lata defuncti negligentia conveniri potest. ut patet ex l. 2. *C. de magistrat. conven. & l. 4. ff. cod. tit. 2.*

fallit in heredibus tutoris, qui non obstante, quod defunctus levem præstabat culpam, non nisi ex lata tamen conveniri queunt. l. 1. *C. de hered. iur. unde Salject. ad l. 17. C. de neg. gest. n. 2.* notat mirabile esse ac peculiare, quod actio quæ contra defunctum pro lata & levi culpa comperebat, contra heredem pro levi defuncti culpa intentari non possit.

Ratio hujus singularis limitationis peti posse videtur ex leg. 5. §. 2. 10. & leg. 18. *Commod. leg. §. duodecima. de legat. 1. l. ubi ea proponitur regula, quod quotiens in contractu utilitas tantum versatur ejus cum quo contrahitur, dolus tantum veniat præstandus & lata culpa: Hujus ergo beneficii & magistratus & tutor merito debebant esse participes, qui præter rationem utilitatis tantum in personam pupilli redundantis etiam ex officii necessitate, quod nemini debet esse damnosum. l. 7. *quemadm. testam. aper. obligantur.* Sed quoniam utilitas publica, & favor pupillorum contra communem juris rationem hoc induxit, merito restringendum, nec ad consequentias fuit producendum secundum doctrinam. l. 14. l. 39. *de legibus**

VII.

Actio per alium non acquiritur. l. 38. §. *alteri. 17. de Verb. Oblig. l. 126. §. 2. cod. tit. §. pen. Inst. per quas pers.* Exceptio nisi persona sit juri tuo subiecta, §. 4. *Inst. de iur. stip.* plures exceptiones notari possunt ex l. 10. *de pact. dot. l. 15. de constitut. pec. l. pen. C. ad exhib. l. 3. C. de donat. que sub modo.* & fere plerumque ex procuratoriis contractibus utilis nobis nascitur actio, directa penes ipsum procuratorem manente, nisi ut nudus nuncius intervenierit, tunc enim & directa transit, l. *ult. quod iussu.*

VIII.

Actionem exercentes causam nostram non facimus deteriorem, sed meliorem. l. 86. & 87. *de reg. jur. l. 29. de Nov. et.* Hæc regula locum habet in variis juris articulis: sic v. c. litis contestatione actiones anno vel morte rei periturae perpetuantur. §. 1. *Inst. de perpet. & temp. act. l. 9. §. 3. de Jurejur. l. 2. Cod. Quand. lib. Principi oblat. 2.* Actiones quoque 30. tantum annos duraturæ post litis contestationem intra 40. demum annorum lapsum præscribuntur. l. *ult. C. de præscript. 30. ann.* denique præscriptio hoc modo interruptitur, & domino jus suum saluum & integrum servatur. l. 1. 2. *Cod. de præscript. long. temp.*

CAP. XVIII.

De Actionum Cumulatione.

Axioma I.

Actionum cumulatio regulariter est permilla. Fundamentum hujus regulæ reperire licet in l. 11. *de Jurisdic.* Ratio consistit infavore dirimendarum litium, cum multo

multo citius & molestius & sumptibus litis defungatur actor, si actiones simul proponat & persequatur, quam si una post aliam experiat, *Zang. p. 2. de except. c. 19. n. 2.*

Unde semper permixta esse actionum cumulatio in dubio creditur, nisi expresse prohibita esse reperitur. *Francisc. Marc. Delp. vol. 2. Decis. p. 102. num. 8. Jacob. Menoch. 6. presumpt. 16. num. ult. Petrus Jacob. in prax. rubr. 97. num. 2. Zaf. in §. fin. minus. num. 12. vers. an autem ista cumulatio. Insit. de Act. Reus. 2. conf. 1. num. 18. & 50. Ex quo sequitur quod alleganti ineptam cumulationem incumbat probatio, in casu proposito esse ineptam. *Reus. de loc. n. 59. & 60. Crivett. conf. 845. n. 6. vers. unde qui prohibita.**

Limitatur tamen hæc regula, 1. si prohibita seu inepta est cumulatio, quod tribus modis potest contingere, prout hanc doctrinam congestit *Joh. Pet. de Terr. in form. act. nat. num. 9. & seqq.* eumque secutus *Tiberius Decian. vol. 5. Resp. 26. num. 44.* (1.) quando plures actiones ex eadem causa descendentes unius electione tolluntur. *l. quod in herede p. §. eligere. ff. de tribut. act. l. nemo 43. §. quotiens de R. I.* (2.) si plures actiones sunt contrariae. *l. 1. C. de furt. l. cum qui 14. & l. contra majores 16. Cod. de inoff. test. (3.)* si plures actiones ita se habent, quod sententia lata in una pariat exceptionem rei iudicate in alia. *l. fundi 18. l. fundum 16. ff. de except.*

Declarantur tamen hæc limitationes, quod tum demum possint procedere, quotiens cumulatio actionum copulativa non disjunctiva seu alternativa intervenit, nam quandoque dubitat actor quo genere actionis uti debeat, recte etiam incompatibiles actiones, sed alternative, cumulat cum protestatione, se ex una earum jus suum consequi velle. *l. 1. §. 4. Quod legat. Gail. 1. O. 63. num. 3. Zang. de except. p. 2. tit. 18. n. 15.*

Limitatur 2. ratione personarum si diversi rei sunt, tunc enim si causæ obligationum omnino sunt diversæ, nulla datur actionum cumulatio, prout recte docent *Speculator lib. 4. p. a. tit. de libell. concept. §. ad huius 15. num. 13. ibi eadem etiam questio, & seq. Baldan. l. ad officium 3. C. Comm. divid. n. 1. Aug. Perusin. conf. 229. num. 1. vers. quia plures ex diversis causis, quod si autem causæ adest connexio, recte plures actiones in eodem libello contra diversos intentantur. textus ad hanc rem singularis in *l. 24. §. 4. ff. fam. ereiscunde.* Quod iterum fit ob dirimendas lites, quas ibique præcidere publice interest. *l. 13. C. de re jud. l. 10. 16. C. de transact.* 2. quia hæc cumulatio actori prodest, reis non nocet; quilibet autem id pati debet quod agenti prodest, sibi non nocet. *leg. 38. sub fin. ff. de evict.**

Lud. Rom. conf. 240. num. secundo Menoch. de adipiscend. poss. rem. 4. num. 765. Denique quia ipsa connexitas causarum id suadet, sic multa fiunt per consequentiam quæ per se fieri non potuissent. *arg. l. 1. 7. de aut. tut. l. 29. de lib. leg. Mind. de contin. cause. libr. 3. c. 23. num. 2. Crivett. conf. 203. num. 36. add. late hac de re differens Dn. Carpz. lib. 2. Resp. tit. 4. Resp. 53. & 54.*

CAP. XIX.

De Actione directa & utili.

Axioma I.

Quotiens deficit actio vel exceptio directa, utilis actio vel exceptio est. *l. 21. ff. de præscript. verbis:* Sensus hujus regulæ, quod quandoque in jure specialis & formalis actio in jure expressa non est, detur generalis præscriptis verbis, quæ & in factum dicitur. Imò hæc actio sæpe ad exemplum alterius actionis utilis ex ipsa lege directa non competentis dari solet, exempla in *l. 1. §. 7. de eo qui pro tut. leg. 1. C. de magistrat. conven. §. ult. l. ad L. Aquil.*

II.

In extraordinariis judiciis (sicut hodie sunt pleraque omnia. *§. ult. Inst. de Interdict.*) nihil interest inter actionem directam vel utilem, sed utraque ejusdem potestatis esse solet, eundemque habet effectum. *l. 47. de N. G.* Aliud hujus rei exemplum desumi potest ex *l. 8. §. 13. ad SC. Vellej.*

III.

Actio & utilis & directa quando concurrunt, præfertur directa, *l. 1. §. 2. de loco pub. fruendo. l. 3. C. de novat.*

Limita 1. nisi ad eum qui habet actionem utilem principalis causæ pertineat, qui vero directam habet sit minus principalis. *l. 27. §. ult. de procurat. l. 19. C. de usur.*

2. Limita nisi à principali possessionem vel quasiactum sit, *l. 4. C. que res pignor. l. 20. ff. de pignoriis.* & textus est clarissimus in *leg. 1. §. 4. de superficibus.*

IV.

Quandoque actio utilis competit ex æquitate causæ, directa non datur, *l. 8. C. de pact. convent.*

C

CAP.